



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

6 Ad bona præcipiunt compelli, jura malignos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

... et quodam modo dicitur Deum eorum? Similiter enim per Romanum patrum more dicitur Deum patre decrevisse, verbi excipere. Unde contra eum Prophecia interpretatur, dicens, a [Lexa] quae non est superbia, quae non est altitudo, quae non est in medio atri tui. [Et qui multa mala] quae non sunt in medio atri tui, sed omnes mali tui. [Et qui multa mala] quae non sunt in medio atri tui, sed omnes mali tui. [Et qui multa mala] quae non sunt in medio atri tui, sed omnes mali tui.

**S**chismatici dicunt: cui a vim Christus intulit quem coegit? Ecce habent Paulum Apostolum. Agnoscant in eo prius cogentem Christum, & postea docentem: prius ferientem, & postea consolantem. Mirum est autem, quomodo ille, qui poena corporis ad Evangelium coactus intravit, plus illis omnibus, qui solo verbo vocati sunt, in Evangelio laboravit: & quem major timor compulit ad charitatem, eius perfecta e charitas foras misit timorem. Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios, ut redirent, si perditii filii coegerunt alios, ut perirent? Quamvis et illos, quos non coegerunt, sed tantummodo seduxerunt, si per terribiles, sed salubres leges in eius gremium revocentur, blandius pia mater amplectitur: & de illis multo amplius, quam de illis, quos nunquam perdidit, gratulatur.

**¶ An non pertinet ad diligentiam pastorem, etiam illas oves, quae non violenter ereptae, sed blandè, leniterque seductae à grege aberraverint, & ab alienis possidere coeperint, inventas ad ovile Dominicum, si resistere voluerint, flagellorum terroribus, vel etiam doloribus revocare? Item infra.**

**¶ A Christo coactum ostendimus Paulum. Imitatur itaque ecclesia in istis cogendis Dominum suum. Quae prius, ut neminem cogeres, expectavit, ut de fide Regum atque gentium predictio & prophetica completeretur.**

**¶ Etiam hinc non absurdè intelligitur illa Apostolica sententia, ubi beatus Paulus dixit: (Paratus ultilici omnem inobedientiam, cum completa fuerit prior vestra obedientia.)**

**¶ Unde & ipse Dominus ad magnam cenam suam prius adduci iubet convivas, postea cogi. Nam, cum ei servi sui respondissent, f. (Domine factum est, quod iussisti, & adhuc locus est: exire, inquit, in vias & sepes, & quoscunque inveneritis, cogite intrare.) In illis ergo, qui primo leniter adducti sunt, completa est prior obedientia: in istis autem, qui coguntur, inobedientia coërcetur. Item infra.**

**¶ Si per potestatem, quam per religionem, ac fidem Regum, tempore, quo debuit, divino munere accepit ecclesia, si, qui invenitur in viis & sepibus, id est, in haeribus & schismatibus, coguntur intrare, non quia coguntur, reprehendant, sed quod cogantur, attendant.**

**¶ Initium huius capituli apud B. Augustin. ibi de Donatistis agentem, sic habet, vbi est, quod isti clamare consueverunt, liberum est credere, cui vim, &c. ut sup. ead. q. 4. quaes. nos. vers. cui vni.**

C. II. ¶ Variis modis errantes corriguntur à Deo.

Item ad Donatistas, epist. 166.  
**¶** Vod g extraverat (inquit Dominus) non revocastis, & quod perierat, non requisistis. Hoc vobis per nos ipse Deus facit; sive observando, sive minando, sive corrigendo, sive damnis, sive laboribus, sive per suas occultas admonitiones, vel visitationes, sive per potestatum temporalium leges.

C. III. ¶ Non est considerandum, quod quisque cogitur, sed quale sit illud, quo cogitur.

Item in epist. ad Vincantium.  
**V**ides, ut opinor, non esse considerandum, quod quisque cogitur, sed quale sit illud, quod cogitur, utrum bonum, an malum: non quod quisque bonus possit esse invitatus, sed timendo quod non vult pati, vel relinquit impeditentem animositatem, vel ignotatam compellitur cognoscere veritatem, ut timens, vel respuat falsum.

a Sup. ead. quaest. 4. qui nos. I cor. 10. cap. 39. b s. Ioan. 2. c 1. Corinth. 15. d predicatio. orig. e 2. Cor. 10. f Luc. 14. \* al. potestate. sup. ead. q. 4. ipsa p. 1. 1. si per potestatem, g Iva p. 10. c. 1. 1. Erzeb. 34.

QÆSTIO VI.

**Q**uid autem queritur, an mali sint cogendi ad bonum, facti sunt enim antiquis namque populus iste metu perterritus ad observationem legum cogebatur. In Evangelio hinc dicitur de discipulis suis: (Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere: sed potius eum timeatis, qui in inferno servatus, qui potest animam & corpus perire. Paulus quoque cum ecclesiam Dei persequens, in infernum cecidit: i ad Deum converti coactus est. Vide de huiusmodi rebus est, dicens, k (Novissime autem ostendimus vobis visum est & vobis.)

**C. I.** ¶ Ecclesia mala debet cogere ad bonum, sicut Christus Paulum cogit. Hic Augustinus scribit epist. 30. ad Bonifacium.

a Ioh. 1. b Ipsi. c 1. d Deuter. 7. e Genes. 15. f Ipsi. d. h Matt. 10. i Act. 9. j Ipsi. d. k Ipsi. d.

de quo contendebar, vel querat verum, quod nesciebat, & volens jam teneat, quod volebat. Item infra. ¶ Mes primitus sententia erat, neminem ad unitatem Christi esse cogendum; verbo esse agendum, disputacione pugnandum, ratione vincendum, ne fideles catholicos haberemus, quos apertos hereticos non veremus. Sed hac opinio mea non contradicentiam verbis, sed demonstrationum superabat exemplis. Nam primò mihi opponebatur civitas mea, que cum tota esset in partem Donati, ad unitatem catholicam timore legum imperialis conversata est: quam nunc videmus ita hujus vestrae animositatis perniciem detestari, ut in ea nunquam fuisse credatur. Ita alia multa, que nihil nominatim commemorabatur, ut ipsis rebus agnoscerem, etiam in hac causa recte intelligi posse, quod scriptum est: a [Da sapienti occasionem, & sapientior erit.]

C. IV. ¶ Onere personarum vestrarum ad Dominum converti cogatur.

Item Gregorius Invenio Episcopo Carthaginiensi, lib. 3. epist. 26.

Iam verò, si rusticus tantum per fidem & obstinationis fuerit inventus, ut ad Deum minime venire consentiat, tanto pensior onere gravandus est, ut ipsa exactionis sua pena compellatur ad rectitudinem restituere.

Ex his omnibus intelligitur, quod mali sunt cogendi ad bonum. Sed obicitur, quod nemo est cogendus ad id, ad quod inutiliter cogitur. Ad bonum autem quisque invitatur cogitur, cum Deus auctoritatem coacta servituti. Vide Apostolus b, cum ad eleemosynas Corinthios hortaretur, ait: [Unusquisque, prout destinavit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate. Filarem enim datorem diligit Deus.] Unde datur intelligi, quod qui invidus dat propter presentem pudorem, & rem, & mercedem perdat. Item, cum redderet causam, quare sumptus abstineret, ait: e [De ex necessitate evangelizaveris, non eris mihi gloria.] ¶ Item [Si in virtute evangelizaveris, dispensatio mihi credita est. Si autem volens hoc ago, mercedem habes apud Deum.] Item cum Galatis d scriberet legalitatem esse tenendam, ait: [Si Spiritu ducimini, non estis sub lege.] Ex quo apparet eum, quo sub lege est, qui timore pacis, non amore iustitiae servit, non duci Spiritu Sancto: Si autem Spiritu Sancto non ducatur, Deo placere minime valet. ¶ Item: [Non e accepisti Spiritum servitutis iterum in timore, sed accepisti Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater.] Ex quibus verbis datur intelligi, quod, & fructu Testamento timore pene homines cogebantur ad bonum, tamen in novo Testamento sola libertate & dilectione iustitiae sunt invitandi ad fidem. Unde illi dicuntur f servi, & filii ancilla, & per omnia ad iustitiam: isti dicuntur liberi & filii libera, pertinentes ad iustitiam. ¶ Item loannes in epistola: g [Timor non est in charitate: sed perfecta charitas servus servorum.] Qui autem cogitur, timere illo ducitur, qui non est in charitate, qui manus comprimit, non animum movet: & que pene timore non bonum deligitur. Porro sine dilectione non boni nullus Deo placere, vel in membris bonorum commoveri poterit. Vide, cum Prophetia h diceret: [Animalia tua habitabunt in ea.] scilicet hereditates essentis, quando ad ipsam habitacionem perveniant, subdit: [In dulcedine tua, quam tu preparasti propter Deum:] dulcedinem vocans, suavitatem boni operis, qua bonum fit non timore pene, sed delectatione iustitiae. Cum ergo sine hac dulcedine animalia in hereditate non habent, patet quod nemo, nisi invitetur, ad bonum cogitur solo timore. Quicunque enim ad bonum cogitur, solo timore, non amore ducitur: non ergo sunt mali cogendi ad bonum. ¶ Huius via respondetur. Si bonum, ad quod mali coguntur, semper invitati tolerant, & nunquam voluntarii servient, inutiliter cogentur ad illud. Sed quia humana natura est, & ea, que in consuetudinem ducuntur, abhorrent, & consueti magis custodiam diligere, flagella tribulationum mali sunt colubendi a malo, & provocandi ad bonum: ut dum timore

a Prov. 9. b 2. Cor. 9. c 1. Cor. 9. d Gal. 5. e Rom. 8. f Gal. 4. g 1. Ion. 4. h Psal. 67.

pena malum in consuetudinem ducitur, abhorrent: tamen non ex consuetudine desistat. Unde Augustinus in Psal. 104. a. ¶ per timorem i gehennae continetur se homo a peccatis: sed in consuetudine fuit, & incipit, quod dicitur erat, amari: & in consuetudine a charitate, & succedit timor castus, de quo hic dicitur: ¶ timor meus, ne pariter spem, ne distendat, ne in carnis. ¶ Item: ¶ sed non perveniet in aeternum ut ihs. ¶ i ¶ Cum per timorem] Locus hic patet in consuetudine ordinata in eundem Psalmum: sunt tamen hic scripturae, & huius, que non sunt in glossa.

QVÆSTIO VII

Nunc autem queritur, an heretici sui & cogendi sint expoliandi: & qui possident hereticis aliena, an eorum possidere aliena.

C. I. ¶ Res terrena non nisi deo vel homini iure tenetur.

De huius scribit Augustinus ad Vincentium, epist. 48.

Quicumque b vos ex occasione legis huius lapsum non dilectione corrigendi, sed inhumanitate persequitur, displicet nobis. Et quamvis res terrena recte a quoquam possideri non possit, nisi iure divino, quo cuncta iustorum sunt; vel pace humana, quod in potestate est Regum terre, (idcirco huius vestras appellatis, quas, nec iuste e possident, nec dùm leges Regum terrenorum amittere iusti esse iustaque dicitis, nos eis congregandis laboramus scriptum legatis: [Labores impiorum:] iustis tamen, sed tamen, quicquid ut occasione huius legis Reges terra Christo servientes ad emendam civitatem vestram promulgaverunt, res proprias vestras pite appetit, displicet nobis. Quisquis dicitur ipsas pauperum, vel Basilicas congregavit, nec sub nomine ecclesie tenebat (que omnia non debentur, nisi et ecclesie, que vera est Christi ecclesia) non per iustitiam, sed per avaritiam tenuit, displicet nobis. Quisquis e pro aliquo flagitio vel fraude excepto errore, quo a nobis separantur, sine errore apud vos vixerunt, displicet nobis. Sed nec facilius monstratis: & si monstratis nonnullis volumus corrigere vel punire non possumus: neque propter peccata relinquimus aream Domini: neque propter facies malos rumpimus retia Domini: neque propter dos in sine segregandos dereliquimus gregem Domini: que propter vasa facta in contumeliam, in gregem domo Domini.

¶ Labores impiorum] Huius sententia simul scribitur Prov. 13. In ore eorum] dicitur: vobis ut infra, eadem e, quemadmodum. Thesauri autem iustis dividit impiorum. Vbi vulgata habet, celosus, eto substantia peccatoris. Itemque Esai. 60. ¶ dicitur vobis] vobis dicitur, cum ante dicitur: ¶ vobis vobis] Sapientia 10. legitur, lico iusto spolia impiorum, infra, ead, quemadmodum.

¶ Huius legis] In codice Theodosiano, lib. 16. de leges Honorii & Theodosii 43. 32. & 34. in quibus prescripta sunt, praedia, & loca, que ad conventuales Diocesis, sicut hareticorum avaritiam pertrahunt, ab ecclesia vel a iustis vel ecclesie fieri debere. Et ad has leges videtur huius distinctio, quo iure & contra licet Petrus, (ut in prescripto quenti capite) & alia.

a Ad vers. uxor tua. b 1. Io. 8. cap. 17. Propter illud c alii. iusti. d alii. edent. e 24. q. 1. quibus. f alii. iustorum.] org.

